

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 2. Quibusdam Monasteriis virorum peculiaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

cta , etiam jurata , aut cuia hujus favoris expressa renuntiatione sit valida , nisi cum licentia Episcopi , five ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professionem ; nec alias suum effectum sortietur , nisi secuta professione . ibidem . c . 16 .

XVI. Finito tempore Novitiatu Superiores habilitant , aut ejciant . ibidem .

XVII. Per haec tamen Sacra Synodus nihil intendit , innovare circa institutum Societatis JESU . ibidem .

XVIII. Ante professionem , excepto vietu & vestitu tempore probationis ex bonis Novitii vel Novitiae Monastrio nihil tribuatur Parentibus , vel Propinquis . ibidem .

XIX. Ab eundem ante professionem omnia restituantur , quod ut fiat , Episcopus etiam per Censuras compellatur .

XX. Religiosus prætendens vim aut metum in ingressu Religionis aut defectum ætatis in professione non auditur , nisi intra quinquennium tantum à die professionis , nec aliter , nisi causas deduxerit coram Superiore suo & Ordinario . ibidem . c . 19 .

XXI. Si habitum antea dimiserit , non admittatur , si cogatur ad Monasterium redire , & tanquam Apostata punitur , nec ullo Religionis sue privilegio juvetur . ibidem .

XXII. Nemo transferatur ad laxiorem Religionem . ibidem . Nec ullus Superior aliquem ad habitum seu professionem admittat , nisi ut in Ordine , ad quem transfertur , in sui Superioris obedientia in claustru perpetuo maneat . At taliter translatu , licet Canonicorum Regularium fuerit , Beneficia sæcularia omnino incapax existet . Sess . 14 . c . 11 .

XXIII. Non detur liceatia cuiquam Regulari occulferendi habitum sue Religionis . Sess . 25 . de regular . c . 19 .

§. II.

Quibusdam Monasteriis Virorum peculiaria.

I. Monasteria Episcopis , Capitulis generalibus , item Visitatoriis regularibus non subjecta , infra annum à fine hujus Concilii , & deinde quolibet triennio in Congregaciones se redigant , juxta Constit . Innocent . III . in Concil . general . Lugdun . quæ incipit in singulis , I . i . de electione & electi po-

teff .
gati
z s . d .
ficien
stria
tionu
visita
Ordi
fiant,
jefti
etiam
iis ,
num a
juxta
& spi
Ordi
fator
com
prati
gular
dem .
taac
Jorun
si eis
lenq
naste
fio c
juve

test. ibique aliquot deputent, qui de modo & ordine Congregationes erigendi, & statutis iis exequendi deliberent. sess. 25. de regul. c. 8. Si intra limites unius provinciae non sit sufficiens numerus, conjugantur duarum vel trium monasteria.

II. Capitula, Praesides, Visitatores talium Congregationum possunt ac tenentur Congregationis sue Monasteria visitare ac reformare, sicut Praesides ac Visitatores in aliis Ordinibus. ibidem.

III. Si etiam Metropolitano instantे prædicta non fiant, Episcopis ejusmodi Monasteria subjiciantur. ibidem.

IV. Ordinum capita ac superiores Episcopis non subjecti Monasteria & Prioratus sibi subjectos visitent ex officio, etiam si commendatae existant, quare non comprehenduntur iis, quæ alias de Visitatione Monasteriorum commendatum definita sunt. sess. 21. c. 8. vide p. 2. c. 7. n. 11.

V. Ipsa quoque Monasteria, quæ sunt Ordinum capita juxta constitutiones visitentur. ibidem. c. 20.

VI. Durantibus commendatis Superioribus, correctionibus, & spirituale regimen exercentes à Capitulis generalibus vel Ordinum Visitatoribus instituantur, salvis in coeteris prælatorum Ordinum privilegiis. ibidem.

VII. Monasteriis, Prioribus, Præposituris, nunc commendatis Regulares ejusdem Ordinis expressè professi præficiantur. ibidem. c. 21.

VIII. Quæ vero in posterum vacabunt, non nisi Regularibus spectatae virtutis & sanctitatis conferantur. ibidem.

IX. Qui in præsenti Monasteria, quæ Ordinum capitatae Primates sunt, sive Abbatias, seu Prioratus, quæ filii illorum capitum nuncupantur, in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successione provisum, infra sex menses solemniter profiteri aut cedere teneantur. ibidem.

X. Ne fraudi locus sit, in provisionibus dictorum Monasteriorum qualitas singulorum exprimatur. Altera propositio censetur subreptitia, neque triennali etiam possessione juvetur. ibidem.